

113,1  
528/141  
95  
ILLUSTRI INGENIO,  
DISERTISSIMOQUE FLORI,  
REVERENDISSIMO PATRI MAGISTRO

F<sup>R.</sup> CAIETANO  
ALBUQUERQUIO

*In Regali Bethlehem Monasterio Theologiae Moralis Lectori.*



Hieronymici subtilis penna diserta  
Ordinis illustris, per tempora longa viresce,  
Cum sis legitimus genere Albuquerqueus, ipse  
Maximus Ecclesiae Doctor te noscit alumnum.

Nomine felici Caetani diceris, illud  
Te mitra dignum praestat, baculoque nitenti.  
Olim religio splendorem sacra decoris  
Optavit tete esse sui; cognomina clara  
Nativitatis habes; nulli virtute secundum,  
Nunc laudi aeternae natum, Caetane, praoptat.  
Agnovit siquidem magno te munere Divum  
Plutarchi insignem memoris, genioque Platonis  
Divini; clari Demosthenis abfuit unquam  
Ipsa tibi oranti facundia; maxima gentis  
Gloria Romanae, Cicero fando ipse videris.  
Tu Bethlem praestas generosi germina fructus,  
Quis divina fides volitat super astra, refulget  
Christiadum nimium pietas, quisque impia tandem  
Dogmata falsa ruunt, & tartara regna tremiscunt.  
Quid moror ulterius? (liceat superaddere tantis)  
Gloria magna Dei sunt religionis honores.

*Cecinit obligatissimi servi, fidissimique amici affectus.*

PETRUS ANDRÆAS BORGIUS DE LIMA.



